

stque Oviliis Ejus, Joh. X. 16. Convivæ Evcharistiaæ mortem
 Domini annunciabunt, donec redeat, scil. ad judicium, i.
 Cor. XI. 21. Fœdus Dei cum Patribus & semine eorum
 pangitur, inter alia in Verbo, scil. visibili & audibili, Es.
 LIX. 21. Pet. III. 21. Hinc discipuli Christi permanent in
 Sermone & pani fragio, Act. II. 42. Ergò hæc ipsa signa sunt
 Ecclesia in Verbo omnino aperta & revelata. Erroneum deni-
 que, *Conversum non opus habere, se à cœtu heretico separare, &*
ubi meliorem noverit, eundem seqvi. Id autem præcepti esse
 omnino arbitror: *Exire ex Babel, Apoc. XIIIX. 4. Num. XVI.*
 20. *Qui enim non est mecum, contra me est. Exemplum etiam præ-*
bent conversi à Christo, Quem uti & Apostolos seqvebantur
μόΦύοι. At Christus tamen sectis se non affociavit? Resp. Ipse ta-
 men erat Repurgator. At qui verò emendandos ad se vocavit;
Sequere me! Diversa ratio est eorum, qui vel Cœtum saniorem
 ignorant, puriores tamen aures habent, quam labia doctorum
 sunt, & pauca, quæ per Eos ex Evangeliiis audiunt, in suc-
 cum & sanguinem convertunt, quod Proavis nostris in
 Papatu contigit. Vel qui sui juris non sunt, & vim patiun-
 tur inviti, aut in actibus imperatis Superioribus obseqvi-
 tenentur, cæterum immunes atque liberi à violentia ipso-
 rum, in actibus elicitis, i.e. interna fide ipsis manente,
 contra Eundem Fridlibum Indifferentiam, aliosque Pseudo-
 Politicos Syncretisticos.

THESIS IX.

Hac occasione de Salute eorū nonnihil dicendum, quæ
 in Papatu aliisque Ecclesiis erroneis vel sponte de-
 gunt vel coacte. Si qui sponte, ii vel honesti officii, at-
 qve

D

qve